



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Reginonis Abbatis Prumiensis Libri Duo De Ecclesiasticis Disciplinis & religione Christiana

Regino <Prumiensis>

Parisiis, 1671

360. Ut nullus rem Ecclesiæ immobilem alienare præsumat.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14622

fauros ecclesiasticos, ne propter perfidiam aut negligentiam custodum aliquid de gemmis aut de vasis vel de reliquo thesauro sit perditum.

Ut nullus rem Ecclesiæ immobilem alienare præsumat. *Ex lib. 1. cap. XIX.*

Imp. Iustinian. Nov. 7. c. 1.
Lib. 2. Capitular. c. 29.
Burchard. lib. 3. c. 164.

Vide lib. 3. Decretal. tit. 13. c. 5.

L. 14. C. de sacros. Eccles.

CCCLX. Nulli liceat alienare rem immobilem Ecclesiæ, sive domum, sive agrum, sive hortum, sive rusticum mancipium, vel panes civiles, neque creditoribus specialis hypothecæ titulo obligare. Alienationis autem verbum contineat conditionem, donationem, permutationem, & emphiteuseos perpetuum contractum. Sed omnes omnino sacerdotes ab huiusmodi alienatione abstineant, pœnas timentes quas Leoniana constitutio minatur.

Si Princeps commutationem in Ecclesia facere voluerit. *Ex eodem, capitulo XXX.*

Iustinian. Nov. 7. c. 2.
Lib. 2. Capitular. c. 30.
Burchard. lib. 3. c. 165.

CCCLXI. Si Princeps voluerit rem immobilem sanctis locis præstare & accipere ab eo aliam immobilem rem, & eo modo permutationem contrahere, liceat hoc ei facere divina pragmatica sanctione ab eo promulgata. [*Vide lib. 3. Decretal. tit. 19. cap. 1.*]

De precariis ecclesiasticis. *Ex Concilio ad Belvacum titulo XXI.*

Concil. Meld. c. 21.
Capitula Karoli Calvi tit. 6. c. 6.
Burchard. lib. 3. c. 166.

CCCLXII. Ut precariæ & commutationes tempore viduarum Ecclesiarum factæ ab his qui loca Episcoporum occupaverant, rescindantur; & cum auctoritate eccle-